



## I. N. D. J. C. S. N.

## P R O O E M I U M.



*Umma miseria est, esse mendicum l. fin. in pr. Cod. qui proced. poss. & paupertate importunâ premi nihil importabilius, cum nunquam felix sibi pauper habeatur. Senec. in Her. quisque festinat ad divitias, quisque præproperæ opum accumulationi inhiat, omnibus odiosa est paupertas.*

*Nemo sane, si vir sit ad unguem factus, hanc amabit, sed illud unum studebit, eoque omnia sua liberalium disciplinarum studia diriger, ut relictâ paupertate ditescat: hoc assecutus, præclare secum actum putabit. Nec hodie hoc primum videamus, jam olim apud Philosophos exosa erat paupertas, & plerique summum bonum in divitiis ponebant. Quisquis, inquit Philosophus Syracusanorum clarissimus Philemo, qui in paupertate vivit, anguste ac tenuiter vivit. Inopia enim prompta est in perpetrandis malis, & vir inops solitarius est. Divinus, ut à Cicerone vocatur, ille Sophocles paupertatem non parvam ægritudinem possidentibus esse dixit. Alceus, poëta ille nobilis Lyricus, hujus vestigiis insistens di-*

A 2

rum